

A2^r

NOBILITATE
 GENERIS ET PRÆ-
 CLARA INGENII IN-
 dole ornatissimis adolescentibus Vlrico, Ernfrido,
 Henrico & Gotfrido ab Ende fratribus, nobilitate
 ac omni uirtutum genere præstantiss. uiri Got-
 fridi ab Ende in Vuildeborn &
 Lobichaw filijs,
 M. STEPHANVS RICCIVS.
 S. P. D.
 QVod vulgari Pro-
 uerbio dicitur. Eū
 qui prope publicas
 uias ædificet mul-
 tos habere iudices.
 quos ferre cogatur,
 Id mihi etiam vfu-
 uenire intelligo edendi nonnun-
 quam in publicum, pagellas, quæ
 enarrationes veterum autorum, ac-
 commodatas ad vsum Scholarum
 puerilium, continent. Et si enim

A 2 non

A2^v

non sine labore, & exiguo aut pene
nullo meo cum privato commodo
discipulorum studijs confulere cupio:
Tamen scilicet aliqui cum de volun=
tate mea, tum vero & de laboribus
ipsis, quibus prodesse multis opto,
nocere nemini, non modo inique,
sed etiam acerbè nonnunquam iudi=
cant.

Alij non decere meam personam
aiunt, cum ministerio Ecclesiastico
fungar, ut animum Scholasticis istis
operis occupatum habeam. Non=
nulli labores meos, quos in exponen=
dis veterum autorum scriptis præsta=
re soleo, nimis tenues & pueriles
esse calumniantur. Quanquam vero
difficile est satisfacere omnibus, nec
solum imperitis sed etiam malis ho=
minibus, nihil quicquam est iniusti=
us, qui nisi quod ipsi faciunt, nihil
rectum putant: Tamen hoc etiam
in loco breuiter simpliciterquè expo=
nam rationes consilij mei, quibus me
apud

A3^r

apud candide iudicantes culpa liberatum iri confido.

Primum constat semper Ecclesiae Scholas coniunctas fuisse, ut historiae Prophetarum, Christi & Apostolorum ostendunt, Nec solum vetustis temporibus, sed etiam nostra aetate qua purior Euangelij doctrina, immenso Dei beneficio, instaurata est, Pastoribus Ecclesiarum scimus vitato Scholarum inspectionem commendari. Ideoque in urbibus & pagis aedificia ludorum puerilium & Parochiarum vicina esse videmus, ut ipsorum aedificiorum intuitu Pastores admoneantur se non tantum oves sed etiam agnos pascere debere. Ac mihi quidem cogitanti de συμπραθεια Ecclesiae & Scholarum: ni mentem venit dulcissimae συζυγίας venarum & arteriarum in nostris corporibus. Quemadmodum enim in corpore humano uenae arteriis sunt adiunctae, ut materiam gignendorum spirituum eis suppeditent: Ita in scholis

A3^v

lis ingenia educari neceffe est, quæ
Ecclesiæ aliquando salutariter ferui=
ant. Nec potest Ecclesia carere ad=
miniculis linguarum & artium, qua=
rum initia docentur & propagantur
in Scholis puerilibus. Non igitur
alienum esse à meo munere exiltima=
ri debet, quod ad ministerium docen=
di Euangelij in Ecclesia vocatus,
meum etiam studium & conatus in
iuuandis & ornandis Scholis extare
volui. Quod cum nulla ratione recti=
us fieri possit, quam si apud ado=
lescentes studiosos veterum autorum
lectio conferuetur, nequaquam dili=
gentia ista mea repræhendi potest,
qua doctissimorum virorum, qui
nostro seculo vixerunt enarrationes,
quibus veterum autorum scripta ex=
ponuntur atquæ illustrantur, collectas
cum bonarum artium studiosis com=
municare soleo.

lubet filius Dei Dominus noster
Iesus Christus Apostolos ipsos, colli=
gere fragmenta, ne quid pereat, Id
non

A4^r

non tantum de doctrina Euangelij
ad pofteros propaganda intelligen-
dum eft fed etiam ad reliquias bono=
rum fcriptorum in quocunq̄ genere
artium conferuandas, accommodari
debet. Nam & artes funt dona Dei,
& vitæ humanæ præfidia neceffaria,
& ornamenta Ecclefiæ præcipua.
Non igitur pudet me huius ope=
ræ, qua etiam in Scholaftico ftudio=
rum genere micæ cadentes de men=
fis Præceptorum colligere, & ad di=
fcipulorum vfum aliquem, ne temere
ab alijs neglectæ pereant, conferuare
ftudeo. Id apud bonos eo minus re=
prehentionem fortaffe merebitur,
quod vocationis meæ proprios labo=
res non negligo interim, fed fuc=
ceffius faltem horis, quæ fcholis
prodeffe poffunt elaboro. Quod au=
tem tempus à negotijs Ecclefiæfticis
reliquum, alij ad ocium, aut volupta=
tes, alij ad rixas & contentiones, qui=
bus diftrahuntur miferabiliter Eccle=
fiæ, perfequendas, conferre folent,

A4^v

Id à me ad iuuanda difcentium ftudia
 collocari nemo fanus vt opinor, fi=
 niftrè interpretabitur.
 Ferunt Agefilaum laudatiffimum
 Spartanorum regem non dedigna=
 tum effe cum pueris domi ludere. Et
 de P. Scipione Africano, monumen=
 tis literarum proditum eft, fæpe ad
 fallendum ocium ad littora Italica,
 cum legendis conchis marinis occu=
 patum fuiffe. Quin & Paulum Apo=
 ftolum, tapetijs texendis, & Lucam
 Euangeliftam picturis elaborandis
 aliquid ftudij & temporis infumfiffe
 legimus. Nec quisquam repræhen=
 fione dignum effe exiftimauit vn=
 quam, quod multi fancti viri cum à
 neceffarijs negocijs aliquid laxamen=
 ti eis conceditur arbores ferere &
 hortos plantare folent, qui alteri fæ=
 culo profint. Quæ eft igitur ifta
 tam iniqua iudicandi ratio, qua inui=
 di atq̃ maleuoli quidam repræhen=
 dere hoc meum ftudium audent, quo
 fi quid mihi temporis à vocationis
 meæ

A5^r

meæ laboribus proprijs, supereft, id ad exponendos atq̃ illuftrandos bonos fcriptores, & ad conferuandas reliquias enarrationum confero, quæ à viris doctis noſtra ætate funt traditæ & alioqui interituræ effent? Sed de mea voluntate ad me purgandum atq̃ excufandum, plura me addere opus non eft, Cum quæ ad fcholas prouehendas pertinent, Deo grata. effe, & bonis omnibus probari plant perſuaſus fim. Illis vero paucis, reſpondebo, qui cū erroris fui opinione excellenter fibi docti videantur, qualescunq̃ labores meos ita extenuant, vt editione indignos effe putent. Ego vero & tenuitatem meorum laborum non inuitus agnofco, & fi ſcripta mea doctis legenda obtruderem, uanitatis & ftulticiæ meipſum condemnandum effe merito putarem.

Cum autem libelli à me hactenus editi, non tam à iuuenta, quam à viris doctiſſimis antea tradita complectã-

A 5 tur,

A5^v

tur, non tam meos labores iniqui ifti cenfores iniultè repræhendūt, quam cornicum vt dicitur oculos confi- gunt, atq̄ obtrectationis crimen in- currunt, qui prætantium virorum, quibus pares ipfi effe non poffunt, non ineruditas explicationes fuggil- lant. Deinde cum ad iuuentutis fcholasticæ vtilitatem & ad iuuanda tenera ingenia difcentium potiffi- mum à me fcripta ifta qualiacunq̄ adornentur, in quibus colligendi tan- tum laborem præftare foleo: cur magna potius, quam neceffaria & pueris vtilia à me requiruntur? Lau- dat vetuftas græca Epicharmum οτι παισιν ευτε ζρήσιμα, & magnam ei gratiam propterea deberi affirmat. Et Scioli ifti ægrè ferent, quod ad puerorum captum nos demittimus, quibus cortice tali vt natate paula- tim affuefcant, opus eft? Rectè dixit quidam ex veteribus: Qui puerum erudire vult, eum puerum fieri ne- celfe eft. Non igitur feliciter pueros docebit

A6^r

docebit nisi qui ad captum, & tene=
ra ipsorum ingenia se accommoda=
uerit. Quare cum non pro doctis,
sed pro pueris scribantur atque edan=
tur talia, definant tandem Ariftarchi
& Sycophantæ iniqui operam & la=
borem nostrum contemnere. nec
tam alijs quam sibi ipsis, præcipiti &
temeraria censura sua nocere sciant,
Nam dum aliena carpunt, non iustis
ex causis, sed morbo quodam ani=
mi, re atque facto ipso ostendunt se ex
eorum esse numero, quibus thesau=
rus iste in lingua situs est, ut quæ sui
habeant male loqui de melioribus.
Quod vero & experientia didici
cum utilitate iuuentutis scholasticæ
edi tales libellos commentariorum
puerilium, & bonis viris, quorum
iudicia maleuolorum obtrectationi=
bus longè præfero, probari studium
meum animaduerto, non dubitavi
etiam hoc tempore, istum in melabo=
rem recipere, ut libros Georgico=
rum Virgilij, vernacula lingua inter=
pretarer

A6^v

pretarer, quibus paulo post tum aliorum, tum imprimis Clariss, viri Domini Stigelij, piæ memoriæ, commētarios subiungere decreui, Quem sic amare hoc Virgilij scriptum meminī, vt sæpe diceret, Dignum esse quod ad verbum ediceretur, atquē adeò vt aliquando hunc etiam verbum de eo vfurparet.

Nō hoc in terris doctius extat opus. Vobis autem, Nobilissimi pueri dedicare hunc meum laborem volui, quod & indole vestra præclara delector, quæ non mihi solum, sed multis alijs egregiam spem facit pietatis, eruditionis, & Virtutis excellentis, & quod in ista ætate vestra hanc interpretationem Germanicam, ad amandum & magnificandum scriptum Virgilij, aliquid vobis utilitatis afferre posse existimo. Vt igitur voluntatem hanc meam, & benevolentia erga vos & parentes vestros significationem qualemeunquē benigne accipiatis, vehementer oro.

Cum

A7^r

Cum autem non defint vobis & parentum vestrorum & praeceptorum optimorum cohortationes ad perfequenda studia bonarum literarum, quae bona cum spe ingressi estis, non addam hoc loco in eam sententiam plura, Nam aures vestras quotidie his vocibus perfonare scio. Nequē deo gratius quicquam à vobis fieri posse, nequē nobilitate vestra aliud magis dignum esse nequē ad Ecclesiae & Reipub. vtilitatem salutarius fore aliquid, quam si, vt cepistis in optimarum artium cultura perfeuerctis, & omnem diligentiam atquē industriam vestram ed⁹ collocetis, vt pietatis sinceræ fundamenta, & necessariorum linguarum & artium initia in hac tenera ætate vestra rectè feliciterquē percipiatis. In quo vt clementissimus Deus, æternus Pater Domini nostri Iesu Christi, nobis adfit, & spiritu suo sancto vos regat, & aliquando organa salutaria & vasa misericordiae faciat, toto pectore
precor

A7^v

precor & exopto. Datæ ex Præpo=
litura Lyfsena, Anno Domini 1571.
X. Cal. Octob. quo die Virgilius
agens annum 52. cum Augufto in
Calabriam profectus Brundufij, ante
natum Chriftrum 16. anno mortuus
eft, hoc Epitaphio poft fe relicto.
Mantua me genuit, Calabri rapuére, tenet nunc
Parthenope, Cecini Pafcuæ, Rura, Duces.